



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Imperatoribus apta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

me plurimā salutē dices. Atticam mea causa salutabis officiose. Familiam oēm per te meis uerbis salutā uolo. Atticę pro me multā oprabis salutē, iussit ubi ascribi Scerbonius plurimā salutem Antonius mei; omnes meis uerbis multam tibi salutem annūciat. Terentia. multā tibi salutem imperit.

#### Sic redditur Erasmus.

Attica quā tuis uerbis dixi salutē libenter accepit, atq; uicissim per meas literas saluere iussit. Tuā salutē attica libēter accepit suā remisit. Ambrosius salutē quā in tuis uerbis nunciaui, totidem uerbis renūciat. Attica per me tuo noīe salutata, suis uerbis ut te diligenter salutarē iussit. Attice tuis uerbis salutē scripsi ea suis rescribi tibi multam salutem iussit. hęc Erasmus.

#### Superscriptio.

Superscriptio super epistolā scribit, ut quo epistola sit danda noscat & in datiuo locat ferme salutationi non multo absimilis, nisi q̄ scribentis nomē non habet nec salutē. est autē talis. Ioanni pontano philosopho prudentissimo Gandau ad eđem diui loānis &c. Vitadę sunt tamen nimīū fucatę & calamistrate cōpellationes, quę adulationem suboleāt. Intelligitur fere uerbū detur aut dentur. Loci nomē potest poni in loco uel ad locū, quod sensus facile indicabit. Badius ait in superscriptionibus, si officia & merita prępollent pręponēda censeam, ut in uicissimō atq; christianissimo Francorū regi Ludouico duodecimo &c. liceat etiā dicere ait idem ad magnificū equitem auratū &c. Habitanti, morati &c. rectius subaudiiri credimus, potes sic scribere. Studioso adulescenti louanij bonis literis insudanti &c. Desyderius Erasmus ait. Haud longe quidē absunt ab asseantatione epitheta, quę Fabius apposita uertit honoris gratia subijciēda maxime; si salutationi permisceātur. Verū cognomina scriptionibus q̄ in tergo literarū supponi solēt, tolerari possunt, & in ipsa epistola sæpe usui sunt. Spectari diligenter oportet, uel q̄ cuiusq; hominis sunt partes, q̄q; a quibus uirtutes expectētur, ut hinc apposita unicuiq; epitheta tribuamus. Hęc ille.

#### Epitheta e Sulpitio hunc in modū collecta.

Summo pontifici ascribēda epitheta.

Sanctissimo diui Petri successori, Sūmo romanorū pontifici. Reuerentia omniq; obseruatione dignissimo papę, antistitiq; romanorū maximo. Sanctissimo christi in terris uicario. Sūmo & uigilantissimo christiani gregis pastori &c.

#### Imperatoribus apta.

## Ioannis Despauterij Niniuite

Diuo atq; inuictissimo romanorū imperatori felicissimo totius orbis moderatori Faustissimo rerum potitori. incōparabili orbis monarche, diuo cæsari sempq; augusto togatorū principi. Inclitissimo totius orbis triumphatori &c.

### Cardinalibus apponenda.

In primis reuerēdo cardinaliq; presbytero. Sanctissimo archiepiscopo ac firmissimo romani pontificatus cardini. Sūma obseruatione dignissimo romanorū pontificatus cardinali. Multa reuerētia digno romaniq; pontificis cardineo.

### Regi addicenda.

Inuictissimo romanorū regi magnanimo. triūphatori & christianissimo francorū regi Clemētissimo Hispanorū rectori, sceptriferoq; principi ac regi excellentissimo sūmaq; uirtute p̄dito angloꝝ regi.

### Archiepiscopo & episcopo conuenientia.

In primis sancto patri et primatus Lugdunē. archiepiscopo reuerēdo ad modū in christo antistiti & Neruiorū Tornatorūue p̄sulī. Sanctissimo p̄suli & inclyto Leodiorū episcopo. Vigilantissime gregi suo superintendenti Cameracensiu episcopo.

### Archiduci, duciq; congrua.

Clarissimo atq; inuictissimo archiduci inclytissimo bellatori & inuictissimo suorū ductori Generosissimo atq; eidem splendidissimo duci. In primis strenuo atq; p̄ter ceteros fortunato horū aut illorū duci.

### Abbati & ceteris p̄clatis applicanda.

Reuerendo patri obseruando cum primis archipresbytero religiosissimo uiro ecclesie. N. Archidiacono. Vigilantissimo gregis dñici pastori Magno ecclesie. N. Curato. Eximio cōuentus carmelitarum p̄sidi. Oblesuantissimo diuine legis inter minores patri. Disertissimo fratrum p̄dicatorū concionatori &c.

### Comitibus, equitibusq; auratis debita.

Fidelissimo imperatoriq; maiestatis comiti. Inclytissimo Fladrini comitatus principi. In primis strenuo bellatori Cuiq; aurato, Aureo cingulo insignito, sūmaq; uirtute p̄dito, nec minus feliciū bellis gerendis equiti, alto loca nato, clarisq; natalibus perspicuo equiti &c. Forti admodū equiti & in primis strenuo.

### Religiosis & doctoribus quadrantia.

Venerabili patri, uiro religioso admodū & in primis colendo, multa sanctitate perspicuo. Sūma castimonia claro. Excellēti abstinentia: